

nes vacaturam tantummodo partialem; respectu unius alteriusve personæ vel causæ pariam. Item Dilaciones negativè potius cessationem à litibus inducunt, quatenus necessitatem litigandi tollunt; econtrà Feriæ cessationem inducunt positivè, quatenus omnem strepitum iudiciale vetant, jubentque vel sacris exercitiis, vel publicis applausibus populum intendere. Clariff. D. de Wolle-
reus in *Quasf. sileti. Venipontan. q. 9. n. 3.*

91 Dividitur Dilatio in Legalem & Judicialem. *Legalis* est, quæ statuitur à Legge vel consuetudine; cuiusmodi est dilatio citatoria, delib-
eratoria, probatoria, appellatoria, execu-

toria; de quibus in suis locis. *Judicialis* 90 est, quæ statuitur à Judice. Tritum verò de-
cantatumque principium est, Jure Canonico & hodierno Dilaciones omnes ad arbitrio Judicis pendere, sic tamen ut observet, quæ præmissa sunt in *num. 85.* Textus in *cap. dilecti 1. h. r. Gonzalez ibid. n. 4. P. Engel num. 5. P. König n. 10. Gall. cit. obs. 91. n. 6. Lauterbach cit. §. ult.* Id tamen omnino do-
lendum ait Stryck. in *usu mod. pand. ad tit. de Fer. §. 21.* quòd hodie sine causæ cognitione, ad nudam partis instantiam, Dilatio concedatur contra *l. ult. ff. de Fer. l. à procedente 4. Cod. h. r. Brunn. ibid. num. 1. König d. l. n. 14.*

§. II.

Quomodo Tempus in Dilationibus computetur?

92 **I**N computatione temporis quoad Dilationes considerandum est initium, medium, & terminus. Initium temporis, pro Dilatione à Legge statuti, sumitur statim à die concessæ Dilationis per textum in *l. siquidem 1. §. 5. ff. Quando appell. est enim hujusmodi tempus continuum, ac currit de momento in momentum l. denique 3. §. 3. ff. de Minorib. ubi Bruan. num. 15. l. ult. Cod. si major fact. Lult. inpr. Cod. de Temporib. in integr. restit. Antonell. de Tempore Leg. lib. 1. cap. 16. n. 1.* Et licet in *cap. frequens 1. de Restit. spoliat. in 6. tempus 35. dierum.* pro exceptione spoli probanda determinatum, incipiat non à die propositæ exceptionis, sed subsequenti: licet etiam in *cap. pia 1. de Except. eod. in 6. tempus 8. dierum,* pro exceptione excommunicationis demonstranda præfixum, non à die propositæ, sed altera sumat exordium: attem hi casus non per modum regulæ, sed exceptionis sunt accipiendi: ideoque subintrat notum axioma, quòd exceptio firmet regulam in casibus, non exceptis.

93 In Dilatione Judiciali cum Magnif. P. König ad *b. r. n. 20.* Clariff. P. Schmalzgrueber *ibid. n. 25.* universaliter determinari non po-
test initium termini dilatoriæ, sed potius intentio Judicis, quæ colligitur ex verbis, spectari debet. In dubio tamen credere, initium fieri statim à momento concessæ Dilationis: eò quòd Judex sit custos & servator Legis; eique sua decreta & mandata conformare præsumatur.

94 Terminus, seu ultimus dies Dilationis, 98 computatur in termino, totusque cedit in commodum partis, Dilationem petentis; adeò ut qui justus est instrumentum intra octiduum exhibere, etiam octavo die utiliter exhibere valeat. König *num. 22. Schmalzgrueber num. 27. & ali DD. jam citati in suis locis.*

§. III.

Quis sit Effectus Dilationis?

99 **E**ffectus Dilationis est I. quòd utrique litigantium sit communis, ac directè quidem proficiat petenti, per indirectum verò proficit alteri, contra quem petitur per textum in *l. penult. §. un. inf. Cod. de Temporib. in integr. restit. Brunn. ibid. num. 3.* II. quòd, antequàm elabatur terminus, excuset à mora & pœna; suspendat officium Judicis; cursum judicii sistat; ita quidem; ut actus, in odium illius, qui Dilationem impetravit, exerciti, sint ipsò Jure nulli *l. sine pars 3. Cod. h. r. Brunn. ibid. n. 2. l. ult. §. 11. Cod. de Jure delib. Nov. 53. cap. 3. propè fin. & arg. cap. præced. 2. in f. d. l.* Incertum si quid Judex super alio, quàm petitæ Dilationis, articulo statuat, aut ordinet, validum censetur: utpote cum ma-

nus ei non absolute, sed respectu negotii, propter quod postulata Dilatio, ligentur per *l. generaliter 12. §. 4. Cod. de R. Ci. Brunnem. d. l. num. 12.* III. quòd, si terminus Dilationis effluxerit, non liceat actum, cuius gratià fuit indultus, peragere, sed ille preceptus, aut præscriptio privativè censetur esse suppressa, ut patet in Dilationibus seu fatalibus appellatoriis. P. König *h. r. num. 19. Stryck. in usu mod. ad tit. ff. de Feriis §. 19. ubi tamen ex R. J. de Anno 1674. §. 50. notat. terminum probatorium, à Judice designatum, non esse preceptorium, nisi post tertiam Dilationem, à Judice concessam. Nihilominus totus*

102 rit, non liceat actum, cuius gratià fuit indultus, peragere, sed ille preceptus, aut præscriptio privativè censetur esse suppressa, ut patet in Dilationibus seu fatalibus appellatoriis. P. König *h. r. num. 19. Stryck. in usu mod. ad tit. ff. de Feriis §. 19. ubi tamen ex R. J. de Anno 1674. §. 50. notat. terminum probatorium, à Judice designatum, non esse preceptorium, nisi post tertiam Dilationem, à Judice concessam. Nihilominus totus*

100 **E**ffectus Dilationis est I. quòd utrique litigantium sit communis, ac directè quidem proficiat petenti, per indirectum verò proficit alteri, contra quem petitur per textum in *l. penult. §. un. inf. Cod. de Temporib. in integr. restit. Brunn. ibid. num. 3.* II. quòd, antequàm elabatur terminus, excuset à mora & pœna; suspendat officium Judicis; cursum judicii sistat; ita quidem; ut actus, in odium illius, qui Dilationem impetravit, exerciti, sint ipsò Jure nulli *l. sine pars 3. Cod. h. r. Brunn. ibid. n. 2. l. ult. §. 11. Cod. de Jure delib. Nov. 53. cap. 3. propè fin. & arg. cap. præced. 2. in f. d. l.* Incertum si quid Judex super alio, quàm petitæ Dilationis, articulo statuat, aut ordinet, validum censetur: utpote cum ma-

jam jam ad metam properare conspicit, non expectet illius totalem interitum, sed antecederet prorogationem petar. Lauterbach

ad *cit. tit. ff. §. 28. Miller ad Struv. exercit. 5. th. 37. lit. a. P. Reiffersuel ad tit. de Dilation. num. 71. & seqq.*

CAPUT VI.

De Forma & Ordine Judicii.

Nihil in universo mundo concinnius est & elegantius, quàm exactus rerum ordo. Hunc in Judiciis quoque non tantum in modo procedendi (de quo in sequentibus tract.) sed etiam in modo cognoscendi apprimè commendari & desiderari, argumento sunt tituli in Jure Canon. & Cod. de Ordine Cognitionum, & de Ordine Judiciorum. Ordinem itaque, in causarum cognitione attendendum, pro forma Judicii hic pono.

SECTIO I.

De Ordine generatim in quarumlibet causarum cognitione servandò.

SUMMARIA.

- 1. Suadent certa regula de Ordine cognitionum. 2. Prima regula est, quòd primo de questionibus præjudicialibus vel quasi sit cognoscendum. 3. & seqq. Quæternæ exempla adducuntur. 4. Regula secunda est, quòd major quæstio minori præferenda sit. 5. & seqq. In quæstione sponsalium prius de objecto inventio, quam sponsalibus judicandum. 6. & 7. Quæstio incidens co-

ram Judice causa principalis tractanda. 14. & seqq. Nisi de re spirituali sit. 20. Ac ritibus spiritualibus involvatur. 21. Nec meri de factis agatur. 22. Quæstiones coincidentes quoadque pluribus sententiis decidenda sunt. 23. Si videlicet ad plures Judices spectent. 24. & 25. Aut casum principale non attingant. 26. & 27. Non eriam, si causam principalem concernant.

§. I.

Traduntur regula cum exemplis de Ordine cognitionum.

Ut qualibet causa tractetur ordinatè, regulæ sequentes, frequentissimò DD. calculò firmatæ, ante oculos habendæ sunt. Prima regula. Quando concurrat quæstio præjudicialis vel quasi à qua scilicet discussio reliquarum dependet, illa præprimis ventilanda, & decidenda est. Ratio est: quia sepe contingeret, quæstiones reliquas frustra disceptari, nisi illa, à qua pendent, antecederet disceptata fuisset: sicque lites, cum non modica & Judicium molestia, & litigantium detrimento, frustra multiplicarentur.

Exemplum primum. Agis in Judicio, & quæstio statûs tibi moveretur, quòd sis servus, Laicus, excommunicatus &c. ante disceptationem causæ principalis quæstio statûs, tanquam præjudicialis, est dignoscenda per *cap. intelleximus 7. de Judic. cap. exceptionem 12. de Exception. l. adie 1. Cod. de Ord. Judicior. l. cum & ipse 1. Cod. de Ord. cognit. Ratio est: quia quæstio præjudicialis est talis nature, ut ante ipsam nulla alia possit moveri; quippe cum jus agendi ab illa dependeat.*

Exemplum secundum. Agis ad divisionem hæreditatis, & opponitur tibi, quòd hæ-

res non sis. Prius quæstio de titulo hæredis, quàm hæreditatis divisione decidenda est: cum nequeat ad divisionem vel agi, vel procedi, si constat, actorem non esse hæredem *l. per familia 2. in pr. ff. Famil. hereticanda.*

Exemplum tertium. Petis fundum Cornelianum, & simul eidem fundo servitutem itineris asseris. Prima discussio non erit deo servitute, sed proprietate fundi: quandoquidem servitutem fundo non potest asserere, qui Dominus fundi non est *l. fundum 16. ff. de Except. h. de servitutibus 2. §. 1. ff. Si servit. viciâ dicit.*

Exemplum quartum. Mulier agit ad divortium propter lævitiam mariti, ac illò lævitiam negante, obtendit, matrimonium nulliter esse contractum; ante de matrimonii valore, quam divortio cognoscendum erit: quia, si constat, matrimonium non valuisse, in vanum super divortio litigatur. Unde DD. aliam regulam ponere solent, quòd ex duabus quæstionibus in cognoscendo illa alteri sit præferenda, in qua sententia seu abolutoria, seu condemnatoria lata, parit exceptionem rei judicatæ in altera. Sed hæc regula coincidit cum nostra: quia talis quæstio,

si non præjudicialis, saltem quasi-præjudicialis erit.

8 Secunda regula. Causa major in cognitione minori præferenda est juxta textum & rationem in *l. per minorem* 54. ff. de *Judic.* ubi Paulus, per minorem inquit, causam majori cognitioni præjudicium fieri non oportet: major enim quæstio minorem causam ad se trahit. Sic ergo, ad mentem hujus regulæ, causa proprietatis præcedit causam servitutis, ut jam dictum in *num. 5. d. l. fundum* 16. ff. de *Except.* Sic causa criminalis præcedit causam civilem *Lul. Cod. de Ord. Judiciorum.* Sic causa spiritualis præcedit temporalem *arg. cap. quod in dubiis* 3. de *Consec. Eccles.*

9 Quæres: an, si Titius agat contra Bertham ad implenda sponsalia, antecederet contracta, & Bertha opponat impedimentum consanguinitatis, prius de sponsalibus, quam impedimento sit judicandum? Ratio quærendi & dubitandi est: quia, si mulier, quæ propria voluntate discessit à viro, ab eo ad restitutionem tori petatur, atque ad impediendam restitutionem, viri consanguineam se esse prædat, ante restitutionis, quam consanguinitatis causam sub examen vocanda *cap. causam* 16. de *Offic. Jud. deleg. cap. accedens* 4. *Ut lise non contest.* *cap. literas* 13. de *Restit. postm.*

§. II.

Si quæstiones, in Judicio incidentes, plures habeant Judices, à quibus illæ sint decidenda?

12 Causa est iste. Petis coram Titio, cujus Jurisdicção quoad omnes causas, præterquam si statum concernant, fundata est; hereditatem: Sempronius, qui hereditatem possidet, ad elidendam tuam intentionem. obicit exceptionem status, & dicit, te liberum aut legitimum non esse: queritur, an Titius Judex de quæstione incidente, seu causa status, cognoscere possit?

13 Respondetur affirmative per textum, luce clariore, in *l. quoties* 3. *Cod. de Judic. l. adite* 1. *Cod. de Ord. Judic. l. cum & ipse* 1. *Cod. de Ord. cognit.* Ratio est: tum quia similes causæ videntur connexæ, & sic ab uno eodemque Judice tractandæ juxta *cap. 4. n. 71.* tum quia causa principalis præponderare censetur incidenti; & sic, qui de illa etiam de ista potest cognoscere *arg. cit. l. per minorem* 54. ff. de *Judic.*

14 Occasione hujus casus ponitur alius, & queritur, an, si petas hereditatem coram Titio Judice Sæculari, & Sempronius, qui possidet hereditatem, dicat, te esse illegitimatum, quæstio incidens de legitimitate coram eodem Judice sit discipienda? Et videtur omnino iterum affirmative respondendum ex textibus & rationibus, primum alatis.

Quibus in modum confirmationis adspulatur, quod Judex Ecclesiasticus, si principaliter coram ipso agatur de matrimonio, & incidenter de dote, de hac cognoscere pos-

Nihilominus tenendum est, prius de Impedimento, quam sponsalibus cognoscendum per expressam decisionem in *cap. intelleximus* 1. de *Ordine cognit.* Ratio ibidem datur, quæ data in regula prima: quia quæstio de impedimento est quasi-præjudicialis respectu sponsalium, & sententia, super impedimento existentia pronuntiata, perimit quæstionem sponsalium, ac illorum intuitu parit exceptionem rei judicatæ: cum utique inter personas impeditas non possint stare sponsalia. Ergo præmissis de impedimento consanguinitatis cognoscendum est.

Ratio dubitandi, ex *cit. textibus* desumpta, non refragatur. Quando enim matrimonium semel contractum est, & muliere à marito discedente, is remedium recuperandæ possessionis intemat, mulierem ad torum repetendò; juxta fundatam in jure regulam, quæstio spolii præmissis ventilanda, & spoliatibus ante omnia restituendus est. At quando matrimonium necdum contractum est, aut contractum quidem, sed nondum consummatum est; sicque non tam possessoriis, quam petitorum intuitu, non potest de matrimonio haberi cognitio, quin prius habitam sit cognitio de impedimento *d. cap. intelleximus* 1. de *Ord. cognit.*

§. III.

principaliter: cum potius incompetens, quam incapax sit; non possit vero cognoscere de causa natalium, etiam incidenter: quia respectu causarum spiritualium non tantum incompetens, sed & incapax est.

Inde etiam non absurdum est, quod Judex Ecclesiasticus incidenter valeat cognoscere de dote: utpote cum incapax non sit Jurisdicçãois Sæcularis, sed tantum quoad illam causam incompetens, ac prorogatione fieri possit competens *l. Episcopale* 8. *Cod. de Episcop. aud.* licet absurdum sit, ut Laicus cognoscat de causa natalium incidenter, eò quod Jurisdicçãois sit incapax.

20 Netamen à nobis ipsis dissentire videamur,

quando in *cit. c. 4. n. 18.* admisimus, quæstionem facti circa re spirituali, qualis etiam esse potest circa nates, à Judice Sæculari terminari posse: distinguendum est, ac, si cum quæstione natalium connexus sit valor matrimonii, data modo resolutione amplenda est, prout intelligi debet textus in *cit. cap. tuam* 3. de *Ord. cognit.* in quo; exponente Gonzalezio in *n. 10.* Regina Cyprî natalium defectum dicebatur passa, quod inter ipsius parentes consanguinitas intercesserit. Sin verò de matrimonio valore nulla sit quæstio, sed de mero facto, an filius in matrimonio vel extra illud sit natus? decisio legitimitatis ad eundem Judicem spectat, qui de hereditate cognoscit.

§. III.

An, si plures quæstiones coincident in Judicio, super omnibus sententia sit distincte ferenda?

22 Ansam dubitandi præbent oppositi in speciem textus in *cap. intelleximus* 1. *cap. tuam* 3. de *Ord. cognit. cap. cum super* 4. de *Causa poss. & propriet. l. intra* 29. in *pr. ff. de Minor. l. de qua re* 74. in *pr. ff. de Judic. l. adite* 1. *Cod. de Ord. Judic. l. cum & ipse* 1. *si de hereditate* 2. *Cod. de Ord. Cognit.* Qui textus, ut legitimam conciliationem combinentur, oportet distinguere: utrum quæstiones illæ juxta *n. 13.* ab uno Judice, vel juxta *n. 16.* à diversis discipentur?

23 Si à diversis; singulæ quæstiones singularibus sententiis terminandæ sunt. Et ita explicandi veniunt textus in *d. cap. tuam* 3. junctò *cap. lator* 5. *Qui filii sint legit.* ubi dicitur, non posse in Foro Sæculari discuti quæstionem de hereditaria successione prius, quam controversia natalium in Foro Ecclesiastico fuerit definita: sicque supponitur, duplici sententiâ opus esse. Et ratio est: quia, de qua re cognoverit Judex, pronuntiare quoque debet *d. cap. cum super* 4. de *Causa poss. & propriet. d. l. de qua re* 74. in *pr. ff. de Judic.*

24 Si ab uno Judice duæ vel plures quæstiones dignoscantur, ulterius discipendum est: utrum quæstio incidens non attingat causam principalem, veluti est exceptio excommunicationis, etatis, non imperatæ veniæ &c. sed tantummodò processum & litem concernat; vel an causam ipsam principalem attingat, uti est exceptio status, exceptio transactionis, & ple-

raque exceptiones peremptoriae? Si prius; rursus duplex sententia ferenda, una pro causa incidenti, altera pro causa principali, ut colligitur ex *d. l. intra* 29. in *pr. ff. de Minor.* Univerfem enim in *l. à procedente* 4. *Cod. de Dilat. l. quoniam* 26. *Cod. ad L. Jul. de Adult. constitutum est, super exceptionibus dilatoriis ante pronuntiandum esse, quam super causa principali cognoscatur: quippe cum aliis ad causam principalem procedi nequeat.*

Si posterius; sufficit, si Judex super causa principali pronuntiet, ac illum v. g. cui, hereditatem petenti, opposita est servitutis, pronuntiet, non esse hæredem: hoc ipsum enim tacite pronuntiat, petitorem esse servum *d. l. adite* 1. *Cod. de Ord. Judicior. & l. cum & ipse* 1. *cum l. seq. Cod. de Ord. cognit.* sicut & sufficit, si Judex sponsum, sponsam ad matrimonium petentem, opposita ab hac consanguinitatis exceptione, declaret, non esse sponsum: cum eò ipso impedimentum subsuisset, tacite decernat. *d. cap. intelleximus* 1. de *Ord. cognit.*

25 Ratio est: quia ejusmodi exceptiones, cum causam ipsam respiciant, ac cum ea connexionem habeant, non possunt indecisæ manere, quando causa principalis est decisa. Conferantur Abbas in *cit. cap. intelleximus* n. 11. Fagnanus *ibid. num. 28. & seqq.* Wiestner ad *encl. tit. num. 10. & seqq.* Reiffenstuel *ibid. num. 26. & seqq.*

SECTIO II.

De Ordine, in quarundam specialium causarum discussione servandò.

SUMMARI A.

28. Causa possessionis & proprietatis in eodem libello cumulari possunt. 29. & 30. Simulque tractandæ sunt. 31. & seq. Resp. ad textum contrarios. 33. Prius tamen de possessione pronuntiandum. 34. Nisi de sola proprietate liquet. 35. Etsi proprietatis in executione prævaleat. 36. & seqq. Resellitur Vinnius. 40. & seqq. Causa spolii præ aliis ventilanda. 43. Etsi alius spo-

liatus se in illa re prædat. 44. Ex intervallo. 45. Quodsi in alia respolium per modum reconventionis opponatur; utraq; causa simul tractatur. 46. Secus, si per modum exceptionis. 47. In quo tamen casu non statim imperanda restitutio. 48. Admitti possunt dilata etiam in petitorio. 49. Quandoque causa civilis cum criminali concurrat. 50. Et, si moveatur utraque

que ab actore ; criminalis presertur. 51. Nisi specialiter interfit actoris , civilem proponi. 52. Si moveatur à reo per modum actionis, iurium antefertur. 53. Sin per modum

exceptionis, utraque simul terminatur. 54. Nisi criminalis sit prajudicialis. 55. Regula de concursu causa criminalis sum alia criminali.

§. I. Quò Ordine sit tractanda causa possessionis & proprietatis?

- 28. Suppono ex dicendis in tract. II. de processu Judicario in cap. 1. causam possessionis & proprietatis ab actore in eodem libello proponi, & cumulari posse. Si ergo sic proponantur, & cumulentur.
- 29. Dico I. Causa possessionis cum causa proprietatis, simul proposita, simul etiam tractanda est; ita tamen, ut semper allegationes & probationes primum de possessione, deinde de proprietate recipiantur. Textus apertus in cap. ad ultimum 2. de Causa possess. & propriet.
- 30. Rationem dat Gonzalez ad cap. suscepris 1. d. r. num. 14. & seq. quia causa possessionis & proprietatis, cum circa eandem rem venierent, nec commodam divisionem patiantur, simultaneam quoque cognitionem requirunt; servata tamen subordinatione, ut per prius allegationes de causa possessionis recipiantur: cum ea, tanquam in facto consistens, & facilius sit probatis, & simul sit preparatoria & praeambula ad causam proprietatis.
- 31. Si reponas textus in l. si de vi 37. ff. de Judic. & l. ordinarii 3. Cod. de R. V. in quibus asseritur, de possessione prius iudicandum, & iudicium possessoriis finitò, primum de proprietate cognoscendum esse.
- Resp. ibidem supponi, quòd utraque pars proprietatem simul & possessionem sibi asserat; aut quòd nec actor, nec reus probationem in se velit suscipere, sed uterque ex commodo possessionis onus probandi in alterum rejicere contendat: quòd casu, ut scitur, quisnam probare debeat, ante omnia possessionis questio dirimenda est. Nos autem loquimur in alia suppositione, quando nimirum unus sit actor, & alter reus, actorque, ut causa confidens, ultrò in se suscipit munus petitoris & probantis.
- 33. Dico II. Sententia prius de possessione, quam de proprietate ferenda est. Textus in cit. cap. ad ultimum 2. & cap. cum dilectus 6. de Causa possess. & propriet. Ratio est: quia talis ordo communiter servatur in pronuntianda sententia, qualis erat servatus in cognoscenda causa.
- Nisi forsitan de proprietate conflet, antequam de possessione liqueat: tunc enim, suspensò possessoriò, de proprietate pronuntiandum esse, vult Clariss. P. Wiestner h. l. n. 137.
- 35. Dico III. In executione sententiae proprietatis praevaleat possessio. Textus in d. cap. cum dilectus. Ratio est: quia, licet proprietatis sit posterior possessio non tantum in ordine

cognoscendi & pronuntiandi, ut dictum, sed etiam in ordine & modo acquirendi: eò quòd proprietatis ordinariè & regulariter ex possessione sumat originem l. possessio 1. §. 1. ff. de A. vel A. P. nihilominus, quia proprietatis trahit ad possessionem; & is, qui Dominus rei declaratur, plerumque etiam civilem possessionem habet: idcirco in executione prius adjudicatur victori proprietatis, deinde possessio. Panormitanus in cap. cum dilectus 6. d. r. n. 10.

Non me fallit à Vinnio lib. 2. select. quest. cap. 36 39. decisionem Pontificiam in secunda & tertia conclusione relatum, rideri, ac illos eriam, qui ridiculam negant ridiculos dici, quòd, si eodem tempore & de possessione, & simul de proprietate iudicetur, hinc pro actore, ut is possessor pronuntietur; illinc pro reo, ut is declaratur Dominus, sic eveniat, ut Iudex jubeat reum, possessionem restituere actori, qui possessor est, & simul eodem momento eademque sententià jubeat eum ipsam actorem, restituere possessionem reo, qui Dominus est, & superior in jure proprietatis.

Sed nollim, Viri tam peritacis calamo hæc excidisse. Scit enim verò, possessionem aliam esse justam, injustam aliam; eamque, quæ justa est, vel titulo vero, vel colorato tantum inniti. Jam, si actor in possessione constitutum, & simul titulum coloratum probaverit, utique Iudex rectè declarabit, quòd legitime possederit, justè collegerit fructus, eosque, quos consumpsit, restituere non teneatur. Non ergo jubeatur reus possessionem actori restituere, ut Vinnius arbitratus est, sed is possessor tantum pronuntietur quoad lucrum, & commodum perceptorum fructuum. Quia verò, ut supponitur, actor non potuit probare verum titulum rei controversæ, sed, ut memini, coloratum duntaxat; indeque reus convensus Dominus esse declaratus esse merito actori injequitur; ut, resolutò jam titulo & bonà fide, sine quibus ulterius possessionem continuare nequit, eandem possessionem reo, tanquam Domino, restituat. Sic-39 que sententia, lata in possessoriò, operatur, quoad fructus & expensas temporis præteriti; in petitorio autem lata, quoad fructus & expensas temporis præsentis & futuri operatur; resque possessa uno cum fructibus extantibus ad Dominum revertitur. In hoc ferè modum discurrit, & Vinnium resellit laudatissimus Gonzalez ad cit. cap. cum dilectus n. 18.

§. II. Quò Ordine sit ventilanda causa spoli?

- 40. Quando aliquis, de possessione rerum incorporalium vel immobilium dejectus, agit adversus spoliatorem, interdictum unde vi, vel conditionem ex cap. sepe contingit 18. de Restitut. spoliat. vel conditionem ex cap. radin-regranda 3. III. q. 1. movendò, ipsius causa tam privilegiata est, ut, licet spoliatus dominium in continenti probare sit paratus, non tamen audiatur, sed spoliatus ante omnem ulteriorem quaestionem restituitur, dummodò possessionem & dejectionem probaverit cap. consultationibus 10. de Offic. & pot. Judic. Deleg. cap. ult. de Ord. cognit. cap. licet multum 1. cap. in literis 5. cap. conquirente 7. & passim de Restitut. spoliat.
- 41. Imò non tantum per modum actionis, sed etiam per modum exceptionis causa spoliata proponi, & spoliator agens tamdiu ab actione removeri potest, quamdiu, spoliò ab excipiente probatò, restitutionem non facit d. cap. conquirente 7. & cap. ult. de Restit. spoliat. l. Judices
- 42. Cod. Si per vim vel alio modo &c. Atque hoc expeditum est, quando causa spoliata tantummodò ex una parte, seu actoris, seu rei, proponitur. Quòd si non tantum actor, sed & reus de spolio congeratur, plures distinctiones & calus susponendi, pro quibus, ne confusionem pariant, adstruo sequentes assertiones, &
- 43. Dico I. Quando actori, super spolio agenti, reus opponit spolum aliud circa eandem rem, quòd scilicet ipsemet antecesserit re illà spoliatus fuerit, solus actor auditur. Ratio est: quia in causa spoliata solus ille auditur, qui posteriore loco (sed ex intervallo) re spoliatus est l. qui possessionem 17. ff. de Vi & vi arm. l. si quis 7. Cod. ad L. Ful. de Vi publ. Gonzalez in cap. cum dilectus 2. de Ord. cognit. n. 22. Gletle 2. p. Pand. q. 2. num. 15.
- 44. Dixi: sed ex intervallo. Nam in continenti, & quando vis actu infertur, ac spolum committitur, licet spoliante respoliare: nec delictum tunc admittitur, sed actus necessarius & omni jure licite defensionis, vim vi repellendò, exercetur: adeoque ne quidem competat actori remedium quoddam spoliatorum per d. l. qui possessionem & l. quod est 3. §. 9. ff. de Vi & vi arm. Gonzalez d. l.
- 45. Dico II. Quando actori, agenti super spolio, reus opponit spolum aliud circa rem aliam per modum actionis, seu reconvencionis, causa utriusque spoliò eodem processu ventilatur.

Textus in d. cap. cum dilectus 2. §. nos autem & cap. ult. de Ord. cognit. Et Ratio est: quia, dum utraque causa est æqualiter privilegiata, neutra adversus alteram suò vitur privilegio.

Dico III. Quando actori, agenti super spolio, reus opponit spolum aliud circa rem aliam per modum exceptionis, dicendò v. g. senon responditur actori, nisi si prius de suo spolio responderit, primò loco de exceptione spoliata, à reo opposita, cognoscendum est. Textus in dd. cap. Ratio est: tum quia reus excipiendo magis privilegiatus est, quam agendò, seu reconveniendò; quippe cum posteriore casu absolute fiat actor, in priore solum quoad onus probandi, si que ex l. favorabiliores 125 ff. de R. l. ante actorem audiri meretur: tum quia exceptionum dilatoriarum ea est in dolo, ut protrinus, ac oppositæ sunt, cognitioni subijciantur arg. l. à procedente 4. Cod. de Dilat. & l. quoniam 26. Cod. ad L. Ful. de Adult.

Quòd tamen à Judice cognita, & simul à 47 reo probata fuerit exceptio spoliata, Iudex non debet absolute & statim imperare actori restitutionem d. cap. cum dilectus §. verum. neque enim exceptionum finis est, ut excipienti quidpiam acquiratur, sed potius, ut agensis intentio excludatur per l. vindicantem 17. ff. de Evid. & l. exceptio 2. ff. de Except. sicut (hæc exemplum dat Pontifex in d. cap.) si testi obijciatur crimen aliquid, ut à testimonio repellatur, est crimen probatum fuerit, non ei poena ordinaria criminis dicitur, sed testimonium solummodo enervatur. Adeoque non poterit actor ad restitutionem compelli absolute, sed tantum sub conditione, si ulterius actionem suam prosequi voluerit. Gonzalez ad sepe cit. cap. cum dilectus n. 23. Clariss. P. Wiestner ag cit. tit. de Ordine cognition. num. 7. Lynckius ibid. §. 2. n. 24. & seq.

Quamvis autem hæc tenus de Judio post-48 fessorio principaliter nobis fuerit sermo, quando videlicet actor intendat remedium recuperandæ seu restituendæ possessionis, violenter ablata: nihilominus suà probabilitate non caret doctrina D. Gletle, qui cit. q. 2. num. 16. eodem ferè tenore differit de Judio petitorio, quando scilicet actor rei vindicationem ablatam repetit per d. cap. cum dilectus, in cuius decisione Innocentius III. non distinguit ex parte actoris, utrum petitorium an possessoriū Judicium intendantur.

§. III.

Quò Ordine causa criminalis sit disceptanda?

- 49. Causa criminalis vel concurret cum civili, vel cum alia criminali. Si concurret cum civili, ex regula, in n. 8. tradita, ut prior dignitate, sic prior est cognitio. Sed hoc distinctionem recipit: an videlicet utraque causa, civilis & criminalis, proponatur ab actore; vel

una ab actore, altera à reo. Cum qua distinctione

Dico I. Quando utraque causa, criminalis & civilis, ab actore moveatur, causa criminalis ob majoritatem suam civili proponenda est. Textus in l. ult. Cod. de Ord. Judicior. Sij tamen

